
68
13 E
28

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Bulla applicationis Maleficiorum Status Eccleſiaſtici, in fa uorem Cameræ Apoſtolicæ factæ.


Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Ad Perpetuam Rei Memoriam.

DEcet Romaſi Pontificem id maxime omni ſtudio curare & efficere: vt po Proemium
puli ſuæ ſanctæq; Sedis Apoſtolicæ ditioni ſubiecti, in pace, & tranquilli const. 4. Paulis
tate viuant, ac, ut quieti ſtatus perturbatores, quos uirtutis amor a malo nõ contra facino
retrahit, pęnę ſaltem formidine coerceantur, omniſq; eis occaſio, qua ad rosos
ſcelera committenda procliuiores reddi poſſe uideantur penitus adima-
tur. Sane cum experientia rerum magiſtra docente luce clarius cognoueri-
mus, pro eo quod in omnibus fere. Ciuitatibus, Terris. Caſtris, & locis, no-
bis, & prefatę ſedi immediate ſubiectis, tam ex illorum ſtatutis, & conſue
tudinibus, quã etiam ex rectorum decretis: & edictis, ſeu proclamatibus, q̃
pro tempore fieri cõtingit, ſeu alias, ex uariis priuilegiis illis conceſſis pęnę pro delictis, & exceſ-
ſibus impoſitæ in totum, uel pro parte communitatibus Ciuitatum, Terrarum, & locorum huiuſ
modi applicantur, & a delinquentibus, ut pote, qui de ipſarum communitatum corpore exiſtũt.
& in illis quamplures ſibi neceſſitudine, & amicitia cõiunctos habent, minime exiguntur. plura,
& enormia delicta committi, & perpetrari, ac impunita, Vt plurimum remanere, indeq; ad illa,
& peiora committenda, homines proniores, & faciliores reddantur, plerumq; inimicitias ori
ri, ortaſq; ingraueſcere & foueri. Nos propterea, pro noſtri paſtoralis officii, debito his quantum
in nobis eſt occurrere, & ne ſub ſpe, impunitatis quiſpiam audacior ad delinquendum fiat, p o
uidere uolentes, habita prius ſuper hoc cũ uenerabilibus fratribus noſtris S R.E. Cardinalibus,
matura deliberatione, ac de eorum unanimi conſilio hac in perpetuum ualitura conſtitutione
ſancimus, ut in omnibus, & ſingulis ciuitatibus, terris, & locis, ut pręfertur, nobis. & ſedi Apoſtoli
cę ſubiectis, In quibus pænę aliquę pecuniarię, & mulctæ, ſiue certę expreſſę ſummæ, ſiue bono
rum, ſiue alicuius partis illorum confiſcationis, pro quibuſuis criminibus a iure cõmuni, uel mu-
nicipali, ſiue etiam per decreta, edicta, proclamata, aut bannimenta a locorum Rectoribus, &
Prouinciarũ præſidibus, ſeu Gubernatoribus, ac etiam de latere Legatis., et eorum Vicelegatis
ceteriſq; officialibus, et iuſtitiæ miniſtris edita, et facta inflictæ ipſarum Ciuitatum, terrarum, et
locorum communitatibus, ex ſtatuto, vel conſuetudine, etiã a nobis, et Sede Apoſtolica appro-
batis, et confirmatis, aut priuilegio Apoſtolico, etiam ex titulo oneroſo, uel pro reparatione mu
rorum fontium Pontium, et Viarum, et etiam eccleſiarum, ſeu piorum locorum, aut pro aliis re
bus publicis, uel alias quomodolibet conceſſo in totum uel in partem applicatæ exiſtunt (illis
tantũ quæ pro damnis in poſſeſſionibus, vineis, agris ſiluis, et nemoribus illatis impoſitę fuerint
exceptis) non prædictis communitatibus, ſed Cameræ Apoſtolicę applicatæ ſint, et eſſe cenſe
antur: et per officiales, ſeu executores, ad id ab ipſa Camera deputañ. etiam quæ hactenus earun-
dem communitatum negligentia ſeu potius nimia indulgentia exactæ non fuerunt exigantur,
ac exigi poſſint, et debeant, inhibentes uniuerſis, et ſingulis Legatis, ſub indignationis noſtræ. ac

rectoribus,

Digitized by Google

rectoribus,et aliis ſupradictis,ſub excommunicationis,ſeu ſuſpēſi.a diuinis aliiſq; arbitrii noſtri
pœnis eo ipſo incurreñ.ne decętero perpetuis,futuris temporibus in eorum decretis, edictis,
proclamationibus,ſeu bannimentis facieñ,aut ſententiis ferēdis pœnas pecuniarias,& mulctas. aut
bonorum in parte uel in totum confiſcationes hmōi alicui alteri prӕterquam,fiſco noſtro & ca
meræ Apoſtolicæ applicare,quouiſmodo,audeant,et ubi etiam per eos alicui alteri applicari
contigerit,illas nihilominus eidem cameræ applicatas fore, et cenſeri,ac per eius officiales, et
executores præfatos exigi debere,ſicq;,per quoſcunq; iudices,et commiſſarios,quauis auctorita
te fungentes,etiam præfatos Cardinales ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, &
interpretādi facultate,et auctoritate iudicari,et diffiniri debere,irrit ũquoq;,et inane ſi ſecus ſup
his a quoquam quauis auctoritate ſcienter,uel ignoranter contigerit attēptari decernimus. Ne
autem his quibus pœnæ pecuniariæ,ſeu mulctę prędictę forſan ex titulo uere oneroſo,pecunia
ſcilicet actualiter numerata applicatæ extiterunt præiudicium fiat. Volumus,ut hi qui illas ſeu il
larum partem ſic ex titulo oneroſo ſibi applicatas,ſeu applicatam fuiſſe docuerint,poſtquam il
læ per officiales Cameræ Apoſtolicę exactę fuerint de eorum manibus prę uiis tamen dictæ ca
meræ mandatis illas integre,ſeu pro parte, prout eis applicatę erant accipiant in illarum ve
ro exactione nullatenus ſe intromittant,et idem in illis pœnis et mulctis,ac cōfiſcationibus quæ
applicatæ eſſe oſtendentur pro reparationibus murorum,pōtium,et uiarum,et in primis eccle
ſiarum,et piorum locorum,aliiſq; rebus publicis,uidelicet obſeruari mandamus. Non obſtantį
bus conſtitutionibus,et ordinationibus apoſtolicis,ac prouincialibus,et municipalibus quorum
cunq; locorum ſtatutis,et conſuetudinibus etiam,iuramento confirmatione apoſtolica,vel qua
uis firmitate alia roboratis priuilegiis quoq; indultis,et literis apoſtolicis communitatibus prędi
ctis,et aliis quibuſcunq; etiā ex titulo oneroſo conceſſis,confirmatis,et innouatis,quibus omni
bus illorum tenores pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habētes quo ad pręmiſſa ſpecialiter
et expreſſe derogamus,cæteriſq; contrariis quibuſcunq; Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginā noſtrę ſanctionis,inhibitionis,decreti,mādati,et derogationis,infringere,uel ei au
ſu temerario contraire. Si quis autē hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis
Dei,ac beatorum Petri,et Pauli Apoſtolorum eius,ſe nouerit incurſurum. Dat Romæ apud
Sāctū Petrum. Anno,incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Primo.
Noñ Decembris. Pont. Noſtri. Anno. Secundo.

✠ Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



✠

✠ Ego R.Card. de Carpo Epiſcopus Portuen.
✠ Ego F Card. Piſanus Epiſcopus Tuſculan.
✠ Ego F Card Cæſius Epiſcopus Pren-ſtinum.
✠ Ego Io. Card. Moronus Epiſcopus Sabinen.
✠ Ego Chri.Mad Card. Triden. Epiſcopus Albanen.

✠ Ego Otho Card. Auguſtanus.
✠ Ego B. della Cueua Card. Sanctæ Cruc.
✠ Ego R.C S. Angeli Maior Pœnitentiarius.
✠ Ego Ful. Card. Peruſinus.
✠ Ego Io.Mi.Card. Saracenus.
✠ Io. Card. S. Vitalis.
✠ Ego Ia. Card. Puteus.
✠ Ego Io.B. Cicada Card. S. Clementis
✠ Ego B. Card. Tranen.
✠ Ego Io. Card Reumanus.
✠ Ego Io. An Card. Capiſuccus.
✠ Ego F. M,G. Card. Alexandrinus.
✠ Ego Clemens Card. Aræ Cœli.
✠ Iac. Card Sabellus.
✠ Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.

✠ Ego Aloyſius Card. Cornelius
✠ Ego B, Card Saluiatus.
✠ Ego .Ph. Card. Aburd.
✠ Ego Pet. Fr. Card. Ferrerius.
✠ Ego Marcus Antonius Card. Amulius.
✠ Ego Hieronymus Card. de Corrigio.
✠ Ego B. Card. Nouagerius.

✠ Ego Alex Card. Farneſius Vicecance.
✠ Ego Gui. Aſc. Card. Camerarius.
✠ Ego N. Card. de Sermoneta,
✠ Ego Iu Card. Vrbinas.
✠ Ego Hier. Card. Simoncellus.
✠ Ego Alf. Carafa Card. Neapolitanus.
✠ Ego Vitellotius Card. Vitellius.
✠ Ego Carolus Card. Borromeus.
✠ Ego Mar. Sitticus Card. ab Alta Emps.
✠ Ego Fran. Card. Gonzaga.
✠ Ego Ind. de Aualos Card. de Arogona.
✠ Ego Alf. Card. Geſualdus.
✠ Ego Io. Franc. Card. de Gambara.

Franciſcus de Lyon.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Anno a Natiuitate domini M.D.LXII. Indictione quinta. Die uero decima tertia menſis Ianuarii Pont. S. in Chriſto patris & D.N.D. Pii diuina prouidentia PP. IIII. Anno tertio Retroſcriptę literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas baſilicæ Principis apoſtolorum de urbe cancellariæ ap. & acie campi Floræ, per nos Franciſcum Rogerium, & Honofrium Montarguli prælibati S.D.N.PP. curſores.

Antonius clerici magiſter curſorum.

Prohemium declarationis

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam Rei memoriam.

AD Romanũ ſpectat pontificem ſua ſolicitudine indefeſſa diligẽter prouidere vt ea quæ
a beo ſancita ſunt ita ſuæ declarationis adminiculo dilucidentur quod nulla deſuper
dubitandi occaſio cuiquam relinquatur. Cum itaq; nos nuper ex certis tunc expreſſis
cauſis de fratrum noſtrorum conſilio et unanimi conſenſu noſtra perpetuo ualitura
conſtitutione ſanciuerimus, quid in omnibus et ſingulis ciuitatibus terris caſtris et locis nobis et
ſedi aplicæ immediate ſubiectis in quibus pœnæ aliquæ pecuniariæ, et mulctæ ſiue certe expreſ-
ſe uel bonorum aut alicuius partis eorum cõfiſcationis pro quibuſuis criminibus a iure commu
ni uel municipali ſiue ẽt per decreta edita proclamata et bannimenta a locorum Rectoribus et
prouinciarum pſidibus ſeu Gub. ac ẽt de Latere Legatis et eorum Vicelegatis ceteriſq; officiali
bus, et iuſtitie miniſtris edita et facta inflictæ ipſarum Ciuitatum terrarum Caſtrorum et locorũ
Communitatibus ex ſtatuto uel conſuetudine etiam a nobis, et ſede prædicta appro
batis et confirmatis aut priuilegio aplico etiam ex titulo oneroſo uel pro reparatio
ne murorum fontium pontium et uiarum ac ẽt eccleſiarum ſeu piorum locorum aut pro aliis re
bus publicis uel aliis quomodolibet eis conceſſo in totum uel in partem applicatæ exiſtebant il
lis quę pro damnis in poſſeſſionibus uineis agris ſiluis et nemoribus illatis impoſitę forent dun
taxat exceptis non eiſdem communitatibus ſed camerę apoſtolicæ applicatę eſſent et eſſe cẽſe-
rentur ac per officiales ſeu executores ad id ab ipſa camera deputandos ẽt quę eatenus earundẽ
communitatum negligentia ſeu potius indulgentia exactæ non fuerant exigerẽtur et exigi poſ
ent et deberent cum inhibitionis mãdati decreti derogationis ac aliis clauſulis prout in noſtris
inde confectis literis quarum ueriorem tenorem præſentibus pro ſufficienter haberi uolumus
pro expreſſo plenius continetur Et forſan ab aliquibus prętendi poſſet caſtra uillas et loca iuriſ
dictioni ciuitatum et terrarum ſtatus noſtri eccleſiaſtici ſubiecta ſub eiſdem literis minime com
prehendi Ac litteras ipſas ad illa non extendi et proinde penas mulctas, ac alias bonorum confi
ſcationes hmõi per officiales ſeu executores dicte camerę in caſtris uillis et locis hmõi nullate-
nus exigi poſſe ac cam. apoſtolice per dictas literas eſſe applicata Nos ne hoc uel alio quouis pre
textu camera ipſa circa pęnarum ac mulctarum et bonorum confiſcationũ hmõi exactionẽ
defraudetur, eius indemnitati illiuſq; officialium et executorum hmõi trãquillitati in pręmiſſis
quãtũ in nobis eſt prouidere omnẽq; deſuper heſitandi materiam exinde ſubmouere ac mentẽ
noſtrã circa hec pãdere uolentes. Motu proprio et ex certa noſtra ſcientia ac de apoſtolice pote
ſtatis plenitudine harum ſerie decernimus & declaramus Caſtra uillas loca iuriſdictioni Ciuita
tum oppidorum & terrarum dicti ſtatus noſtri eccleſiaſtici quomodolibet ſubiecta ſub prędi-
ctis litteris omnino comprehendi ac comprehenſa eſſe & cenſeri ac litteras ipſas ad illa ſe extẽ
dere & extendi debere Necnon illarum vigore officiales executores prædictos pęnas & mul-
ctas ac alias bonorum confiſcationes hmõi in eiſdem ciuitatibus terris caſtris villis & locis ac a-
lias iuxta earundem literarum continentiam & tenorem exigi poſſe ac exactiones hmõi licitas
ac iuxta mentem noſtram factas eſſe et cenſeri in omnibus & per omnia perinde ac ſi in eiſdẽ
litteris ſpecialis & expreſſa de eiſdem caſtris villis terris & locis mentio facta fuiſſet. Et ita per
quoſcunq; Iudices & commiſſarios quauis auctoritate fungentes ac eiuſdem S. R. E. Card. cauſa
rumq; palatii aplici Auditores ſeu eorum locatenentes ſublata eis et eorum cuilibet quauis ali-
ter Iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et diffiniri debere irritum quoq;
et inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contigerit. Non
obſtantibus cõſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis ac omnibus et ſingulis aliis quę in dic-
tis litteris uoluimus non obſtare. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtrorum
decretorum et declarationis infringere uel ei auſu temerario contraire Si quis autem hoc attem
ptare præſumpſerit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum
eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sãctum Petrum. Anno Incarnationis dominicę
Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo Septimo Idus Februarii
Pontificatus Noſtri anno Tertio.

Fed. Card. Cæſius. Gę. Glor. F. De Lyon.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google